

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Tekst uwzględniający wersje sandomierską i krakowską

Rękopis Biblioteki Wyższego Seminarium Duchownego w Kielcach, sygn. RK 45/28, k. 100v

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 48 [Gn. 46]

[48] XLVI. Si^a vir sue uxori sua edificia dederit, que desuper bona censualia edificata fuerint, coram domino proprietatis, et coram suis vicinis, tempore sue vite, et inducit eam in possessionem, et si discedat ab hac luce sine prole, si heres suus super bona eadem loqui voluerit post mortem viri, nichil in eis poterit optinere, si mulier protestare poterit, quod ei datum fuerit. Si autem apparatus et edificia viri fuerit, extunc heres mulieri infringere potest, nisi donacio in iudicio bannito fuerit confirmata. Quia nullus suum proprium dare potest, nisi in iudicio bannito, coram iudice et scabinis, nisi suus heres contradicat. Si autem hereditaria bona censualia fuerint, extunc sue uxori dare non potest absque heredum consensu, vel absque dominum proprietatis consensu, in cuius bonis sunt. Si mercimonia aut bona mobilia habuerit, quod cum bonis emerit eisdem successoribus paterna [/] successione, hoc sue uxori dare non potest, nisi in iudicio bannito coram iudice et scabinis. Si autem vir habuerit bona mobilia aut mercimonia, que sibi propriis manibus aut prospera fortuna accreuerunt cum sua uxore, que potest dare in valitudine vite sue cuicumque placet, cuiuslibet sine contradiccione.

^a ozdobny inicjał S wysokości dwóch wersów, in rubrum

[hasła: mąż, żona, budynek, dobra czynszowe, własność, krewny, dożywocie, spadkobierca, dziedzic, potomstwo, sąd wyłożony, transakcja, sędzia, ławnik, sprzeciw, dobra dziedziczne, zgoda, zezwolenie, towar, ruchomość]